

MANTONIVSTRIVISANVS

DUX LXXX.

*Electus die 3. Iunij Anno 1553. obiit die vlt Maij, Ann 1554.
cum regnasset Annum unum, minus tribus diebus.*

EPIGRAPHES ANTIQVA.

*Religionis amantissimus Anno circumact omoriens in gremio patrum ante
aras, in Cælum, unde veneram, vite integer evolavi.*



LXXX

Arcus Antonius Trivisanus ex Procuratore D. Marci, Lando subrogatus defuncto, potentiam, morum sanctitate fulcivit. Procurator D. Marci in somniis monitus Ignatium Loyolam sub dio in foro cubare, concubia nocte surrexit, accensisque lampadibus quæfuit, hospitio exceptit novum Apostolum, à quo jussus se ad Patriæ Principatum accingere, thronum scandit invititus, ne retrò abiret contumax, & refractarius. Electione cognita, coram Crucifixo procubuit, consilium, auxilium eslagitans pro bono regimine. Zele lator Iustitiæ, semel in hebdomadā ad cancellos descendens Forenses, judices excitabat, casta servare jura. Magister Temperantiae unà cum Decemviris comessationes & ludicra interdixit nocturna